ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam
in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Eo quo quidem va
dio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro se aliquo principali ex prae
missis non completis complendisque praemissis literis existentibus memorati Ma
gnificentis Generosi Obramowsky aut eiusdem Successores ad instantiam praenominati Ma
gnifici Thomae Vladislai Gorchowski et Gorchowie tenutarii Terrestris Sanocensis aut
eius Posteriorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense
ex tunc recessu superscripto quoad res pendendum spectat mediante semper
in primo citationis termino tanquam peremptorio stare in iure parere respon
dere vadium praetactum luere inscriptioni suae satisfacere ac omne iudicati
praestare debebit ac tenebuntur seque ac suos Successores ad eadem omnia obligant
in eadem terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes tam
eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro causa iudicii ne
cessitate Successoria legatione intra vel extra Regnum servitio militari adju
menta ad Curiam vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedi
mentis non differendo adquietationem ultra proximos terminos Officii
praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque
tiones appellationis ac earum prosecutionis faciendo ac praemissa omnia prae
missis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus ceterisque iuris
praescriptione terrestri bello convocatione cum aliis omnibus iuris remediis et
defensis non subterfugiendo. Hac sua inscriptione ad praemissa omnia
mediante.

Palta Podoliae & Buchowski Intercisam Roborant:

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Ca
strensibus Capitanealibus Premisliensibus Illustris et Magnifica Barbara
Hraticha olim Illustris et Magnifici Martini Hraticki in Hraticzyn Palatini
Podoliae Premisliensis res Capitanei Consors relicta ab una. Et Generosus Ge
orgius Buchowski ab altera partibus sani mentibus et corporibus existentes
a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusvis propriis et com
petentibus recedendo praesentique vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali
Premisliensi quoad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis
generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiicien
do palam publice libere ac per expressum recognoverunt et quili
bet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se ac
suos Successores de et super bonis suis generaliter omnibus summisque

pecuniariis quibusvis habitis et habendis mutuo et vicissim una pars alteri ac parti utri
usque partis cavit et obligat praesentibus Intercisam stabilitam inter se recognoscen
tes certarum rerum et ordinarum in eadem Intercisa contentarum de hac et Data
illius in Premislia die hodierna Actis praesenti confectam manibus Recognoscenti
um nec non certorum Amicorum videlicet Reverendi Nicolai Sierinski Archidiaconi
Sanocensis Magnifici Castellani Lubacoviensis et Generosorum Adami Buchowski
atque Stanislai Zgorzelski propriis subscriptam in omnibus et singulis Intercisae
praefatae conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac rebus gene
raliter universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare
eademque Intercisa et omnibus illius contentis tam in toto quam in parte satisfa
cere Intercisam praefatam ad dispositionem praesentem se disponendo praesentem
ad praefatam Intercisam vicissim in toto referendo. Idque sub vadio mille quin
gentorum florenorum pecuniae polonicalis per partem parti cum Successoribus utri
usque partis ob non completionem contentorum Intercisae praefatae omnium et sin
gulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum
succumbendo. Eo quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo
ac pro se aliquo principali ex praemissis non completis complendisque praemissis con
tra existens pars una praemissa non tenendo aut eius Successores ad instantiam
partis alterius praemissa tenentis aut eius posterorum ad Officium praesens
Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu superscripto quoad res
pendendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam
peremptorio stare in iure parere respondere vadium praetactum luere Inscri
ptioni suae satisfacere ac omne iudicatum praestare debebit ac tenebitur seque
ac suos Successores ad eadem omnia obligat in eadem terminum primum
peremptorium et alios omnes consequentes tam eiusdem terminos semper
peremptorios vera infirmitate pro causa iudicii necessitate Successoria le
gatione intra vel extra Regnum servitio militari adjumenta ad Cu
riam vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis
non differendo adquietationem ultra proximos terminos Officii praefati
Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones
appellationis ac earum prosecutionis faciendo ac praemissa omnia praemissis simplicibus
vel triplicatis evasionibus suspensionibus ceterisque iuris praescriptione
terrestri bello convocatione cum aliis omnibus iuris remediis et defensis
non subterfugiendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad prae
missa omnia mediante.

Bereznicki Zabarskiemu Cedit:

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus